

exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítte júbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes:

**COMMUNION Psalms 4: 2**

Cum invocárem te, exaudísti me, Deus justítiae meae: in tribulatióne dilatásti me: miserére mihi, Dómine, et exáudi oratióne meam.

**POSTCOMMUNION**

Quáesumus, omnípotens Deus: ut illius salutáris capiámus efféctum, cujus per hæc mystéria pignus accépmus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For St. John of God*

Refécti cibo, pótuque cælésti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percépmus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**PRAYER OVER THE PEOPLE**

Humiliáte cápita vestra Deo. Acéndant ad te, Dómine, preces nostræ: et ab Ecclésia tua cunctam repélle nequítiam. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

hosts of heaven, and the blessed Seraphim, together celebrate in exultation. With whom, we pray Thee, command that our voices of supplication also be admitted in confessing Thee saying:

When I called upon Thee, Thou didst hear me, O God of my justice: when in distress, Thou hast enlarged me: have mercy on me, O Lord, and hear my prayer.

We beseech Thee, almighty God, that we may obtain the effect of that salvation whose pledge we have received through these mysteries. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We Thy suppliants, who are refreshed with heavenly food and drink, beseech Thee, O our God, that we may be fortified by the prayers of him in whose commemoration we have partaken of these gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Bow down your heads before God. May our prayers ascend unto Thee, O Lord, and banish all wickedness from Thy Church. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

**MASS PROPER: 03/08, TUESDAY AFTER THE 1ST SUNDAY IN LENT**

MASS (*Dómine, refúgium*) (violet)

**INTROIT Psalms 89: 1-2**

Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sæculo et in sæculum tu es. (Ps. 89: 2) Priúsqum montes fíerent, aut formarétur terra et orbis: a sæculo et usque in sæculum tu es Deus. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Dómine, refúgium factus es nobis a generatióne et progénie: a sæculo et in sæculum tu es.

**COLLECT**

Réspice, Dómine, famíliam tuam: et præsta; ut apud te mens nostra tuo desidério fúlgeat, quæ se carnis maceratióne castígat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

*For St. John of God*

Deus, qui beátum Joánnem, tuo amóre succénsum, inter flammas innóxium incédere fecísti, et per eum Ecclésiam tuam nova prole fœcundásti: præsta, ipsius suffragántibus méritis; ut igne caritátis tuæ vitia nostra curéntur, et remédia nobis ætérna provéniant. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Isaiah 55: 6-11**

In diébus illis: Locútus est Isaías Prophéta, dicens: Quærite Dóminum, dum inveníri potest: invocáte eum,

Lord, Thou hast been our refuge through all generations; from eternity and to eternity Thou art (Ps. 89: 2) Before the mountains were begotten and the earth and the world were brought forth, from eternity and to eternity Thou art God. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.

Look upon Thy household, O Lord, and grant that our minds, chastened by mortification of the flesh, may, because of their desire for Thee, shine in Thy sight. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

O God, Who didst cause blessed John, when burning with love of Thee, to walk unharmed through the midst of flames, and by his means didst enrich Thy Church with a new Religious Order, grant, through the aid of his merits, that our evil passions may be consumed by the fire of Thy love, and that we may receive healing remedies unto life everlasting. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

In those days the prophet Isaias spoke, saying, Seek ye the Lord while He may be found, call upon Him while

dum prope est. Derelinquat impius viam suam, et vir iniquus cogitationes suas, et revertatur ad Dominum: et miserabitur ejus, et ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum. Non enim cogitationes meae cogitationes vestrae: neque viae vestrae viae meae, dicit Dominus. Quia sicut exaltantur caeli a terra, sic exaltatae sunt viae meae a viis vestris, et cogitationes meae a cogitationibus vestris. Et quomodo descendit imber et nix de caelo, et illuc ultra non revertitur, sed inebriat terram, et infundit eam, et germinare eam facit, et dat semen serenti, et panem comedenti: sic erit verbum meum, quod egrediatur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet quaecumque volui, et prosperabitur in his, ad quae misi illud: ait Dominus omnipotens.

#### **GRADUAL Psalm 140: 2**

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Domine. Elevatio manuum mearum sacrificium vesperinum.

#### **GOSPEL Matthew 21: 10-17**

In illo tempore: Cum intrasset Jesus Jerosolymam, commota est universa civitas, dicens: Quis est hic? Populi autem dicebant: Hic est Jesus Propheta a Nazareth Galilaeae. Et intravit Jesus in templum Dei, et ejiciebat omnes vendentes, et ementes in templo; et mensas nummulariorum et cathedras vendentium columbas evertit: et dicit eis: Scriptum est: Domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum caeci et claudi in templo: et sanavit eos. Videntes autem principes sacerdotum et scribae mirabilia, quae fecit, et pueros

He is near. Let the wicked forsake his way, and the unjust man his thoughts, and let him return to the Lord, and He will have mercy on him; and to our God, for He is bountiful to forgive. For My thoughts are not your thoughts: nor your ways My ways, saith the Lord. For as the heavens are exalted above the earth, so are My ways exalted above your ways, and My thoughts above your thoughts. And as the rain and the snow come down from heaven, and return no more thither, but soak the earth and water it, and make it to spring, and give seed to the sower and bread to the eater; so shall My word be which shall go forth from My mouth: it shall not return to Me void, but it shall do whatsoever I please, and shall prosper in the things for which I sent it; saith the Lord almighty.

Let my prayer come like incense before Thee, O Lord. The lifting up of my hands, like the evening sacrifice.

At that time, when Jesus was come into Jerusalem the whole city was moved, saying, Who is this? And the people said, This is Jesus the prophet, from Nazareth of Galilee. And Jesus went into the temple of God, and cast out all them that sold and bought in the temple, and overthrew the tables of the money changers, and the chairs of them that sold doves, and He saith to them, It is written, My house shall be called the house of prayer, but you have made it a den of thieves. And there came to Him the blind and the lame, in the temple; and He healed them. And the chief priests and scribes seeing the wonderful things

clamantes in templo, et dicentes: Hosanna filio David: indignati sunt, et dixerunt ei: Audis, quid isti dicunt? Jesus autem dixit eis: Utique. Numquam legistis: Quia ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra civitatem in Bethaniam: ibique mansit.

#### **OFFERTORY Psalms 30: 15-16**

In te speravi, Domine; dixi: Tu es Deus meus, in manibus tuis tempora mea.

#### **SECRET**

Oblatis, quaesumus, Domine, placare munibus: et a cunctis nos defende periculis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

#### *For St. John of God*

Laudis tibi, Domine, hostias immolamus in tuorum commemoratione sanctorum: quibus nos et praesentibus exui malis confidimus, et futuris. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

#### **PREFACE OF LENT**

Vere dignum et justum est, aequum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, aeterne Deus: Qui corporali jejunio vitia comprimis, mentem elevas, virtutem largiris et praemia: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Caeli caelorumque Virtutes ac beata Seraphim socia

that He did, and the children crying in the temple, and saying, Hosanna to the son of David, were moved with indignation, and said to Him, Hearst Thou what these say? And Jesus said to them, Yea, have you never read, Out of the mouth of infants and of sucklings Thou hast perfected praise? And leaving them, he went out of the city in Bethania and remained there.

I have put my trust in Thee, O Lord. I said: Thou art my God, my times are in Thy hands.

Be appeased, we beseech Thee, O Lord, by the gifts we offer, and safeguard us from all dangers. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

We offer Thee, O Lord, sacrifices of praise in commemoration of Thy saints, by whom we trust to be delivered from evils both present and future. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

It is truly fitting and just, proper and beneficial, that we should always and everywhere, give thanks unto Thee, holy Lord, Father almighty, everlasting God. Who by this bodily fast, dost curb our vices, dost lift up our minds and bestow on us strength and rewards; through Christ our Lord. Through Whom the Angels praise Thy majesty, the Dominations adore, the Powers tremble: the heavens and the